



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Ephemeris Ecclesiastica Concionatorvm Hoc Est Considerationes Methodicæ Sev Veritates Practicæ**

Ex Vita Domini Jesu, Sanctorumque Gestis In Singulos anni dies mira  
facilitate & solertia distributæ ... ; Cum indicibus necessariis

Pars Æstiva - A Dominica SS. Trinitatis, ad Dominicam decimamquintam  
post Pentecosten

**Haineuve, Julien**

**Coloniæ Agrippinæ, 1665**

Nihil est amorem augendum magis appositum, quàm quod amori fuit  
aliquando magis oppositum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44226**

*33.18  
g.*  
*If.38.*  
*In Pf.6.*  
*Iff.12;*

Amantis lachrymæ ed̄ suaviores,  
quò amariores.

RATIO EST. Quia tales lachrymæ tantò sunt suaviores, quanò sunt magis satisfactoriæ. Sed quò sunt amariores, tantò sunt magis satisfactoriæ. Ergo & suaviores. Ecce in pace amaritudo mea amarissima. V A D E in pace. S C I V N T, inquit S. Joannes Chrysostomus qui ejus quod dico, fecerunt periculum, quantam laetiam habent hi fontes lachrymarum. Vide in 2. parte, Dominicæ in albis. Haurieris aquas in gaudio, de fontibus Salvatoris.

Alia verò veritas sic inverso modo posset formari.

Amori nihil est amarius, quām quod sentitur suavius.

RATIO EST. Quia quod sentitur suavius est ipse amoris seu dilectionis actus.

Sed amori nihil est amarius ipso dilectionis actu. Sive propter peccata quibus aliquando dilectum offendit vel quibus adhuc offenditur: sive quod non satis amet quem agnoscit tot modis diligendum: sive quod se videat ab eo separatum, cui se unitum vellent ardenter: sive ob alias causas: certum est quod sit amarus quedam mors. Et durasicut infernu amularis, qua de re inter alios, Richardus à sancto Victore de quatuor gradibus hujus quam vocat violentæ charitatis: quam dicunt suavem quandam esse tyrannidem, piam servitiam, & optandam crudelitatem. Alia his conformis veritas.

Nihil est ad amorem augendum magis præsens, magis opportunum, magisque appositum, quodammodo fuit aliquando magis oppositum.

RATIO EST. Quia nihil amoris fuit aliquando magis oppositum quām peccatum & quā peccati sunt causæ, vel effectus, ut sunt vanitates fœculi, mundi illecebrae, & vita molitoris deficie.

Sed animæ conversæ à peccato, & amanti Deum suum, nihil est ad amorem suum augendum magis præsens, magisque appositum, quam si peccati quondam admitti consideratio & de-

testatio, sic enim mirum quantum David Magdalena, Petrus, Augustinus, & alij peccatores in amorem divinum excreverunt cogitantes se illum offendisse quem cognoscunt tantopere diligendum, Peccatum meum contra me est semper. D I L L I G E N T I B V S Deum omnia cooperantur in bonum. Etiam ipsa peccata, ut disserit ait S. Augustinus, Quid ergo? peccabimus ut magis Deū amemus? Absit, sed potius quia jam nimis in eum peccavimus, sic peccata defleamus, ut nostris flentibus in amorem ejus emolliamus & toti colligescamus.

*Rom. 8.*

*L. de Concep. &  
Graec. c. 1.*

Amanti Deum animæ magis mirum est quod non à mundo sic ametur & colatur Deus, quam sit mirum mundo non amanti, quod ab amante sic ametur.

RATIO EST. Quia ubi est potior ratio cur aliquid fiat, magis mirum est si non fiat, quam aliud cojus efficiendi non est potior ratio.

Sed longè est potior ratio, cur Deus à mundo sic ametur & colatur, ut ab amante colitur, quam ut non ametur sicut à mundo non amat. Ergo id magis mirum. Et tamen ita stupet mundus ad aspectum unius amantis Deum, & tam illi mirum video quod ita Deum amet: ut quia mirum sic videtur, paucorum id esse videatur, & non cujusvis animæ quæ tamen tota facta est ad amandum Deum suum!

Si scires quid sit offendisse Deum, non minus forte heres, quam hæc peccatrix mulier. At vero non excularis quod illud nescias.

RATIO hujus postremæ partis quæ sola videtur probanda, hæc est, quod non excuseris si illa nescias quæ potes & teneris scire. Sed potes & teneris scire quid sit offendisse Deum. Ergo non excuseris quod nescias. Et tamen hoc uno videris dutitiam cordis tui probare.

Amor Dei mors est sui.

RATIO EST. Quia verus amor sic amante in amatum transmutat, ut amantis anima sit potius ubi amet quām ubi animet. Sed talis